

# LIBER TERTIVS

DE IVDICIIS NATIVITA-

tum, D. Ioannis Schoneri Carolaſtadij, Profeſſoris  
diuinæ Matheſeos, in celebri Germa-  
niæ Noriberga.

## PRAEFATIO.



DOCTRINA Genethliaca in dua-  
bus rebus conſiſtit, in diſquiſitione apo-  
teſmatum, ſeu euentuum, & definitio-  
ne temporis decreti. Haecenus priorem  
partem duobus libris tractauimus, Ter-  
tium alteri parti tribuemus. Quemad-  
modum autem ſequens doctrina ſine  
praemiſſa non poteſt conſiſtere, ita prece-  
dens ſine ſequenti parum momenti ha-  
bet. Eſt enim complementum ſeu perfe-  
ctio Genethliacæ doctrinae futuri euen-  
tus tempus, quo ſe iſ potiffimum oſten-

ſurus ſit, poſſe definire. Quare omnes qui aliquid operæ poſuere in  
artem hanc inquirendi ac definiendi euentus & accidentia nati, maxime  
in hoc incubuerunt, ut per ſummas etiam difficultates tempora euen-  
tuum diſquirerent. Proinde ego quoque diligentiffimè quicquid uſquam  
dignum relatu de hac doctrinae parte inuenero in hunc librum conge-  
ram. Quid praeterimus iudicent, quibus haec noſtra ſunt futura uſui.  
Nos certe uix cum maximis laboribus ex his difficultatibus ſumus elu-  
ctati. Alij inſcribunt hanc doctrinae partem, de Reuolutionibus, ego  
non facile à Ptolemæo diſcedo, qui etſi multum tribuit tranſitibus ſtel-  
larum, tamen neque introitus Solis in puncta cardinalia obſeruat, ſed  
Coniunctiones & Oppoſitiones proximè praecedentes, neque in rebus  
Genethliacis circa diſcuſſionem thematis Reuolutionis occupatus eſt.  
Quòd autem Ptolemæus hoc ſibi ſequendum duxerit, inde factum pu-  
to, quòd propter Eclipſes in Coniunctionibus & Oppoſitionibus Lu-  
nae, motus ſatis certus habeatur. Immenſa autem ediuerſo difficultas  
obſtet, quo minus Solis motus ad aliquot ſcrupula exactè habeatur,  
tum propter inſtabilem & fluxam anni quantitatem, tum quia conſtat  
per inſtrumenta nulla ratione ad exactam praeciſionem, quæ certe hac  
in parte requiritur, perueniri poſſe. Ne igitur à Ptolemæi ſententia di-  
ſcederemus initio docuimus, quomodo per progreſſiones & tranſitus  
tempora euentuum praevideri debeant. Deinde his attexuimus Ara-  
bum,

bum,